

τελευτάσομεν: nec constat, vitae finem fore sic, ut cum integro fortunae statu tranquille mori liceat.

65. Sequentia forte sic melius interpungas et constituas:

οὕτω δὲ Μοῖρ', ἄτε πατρῶιον
τόνδ' ἔχει τὸν εὐφρονα πότμον,
θεόρτω σὺν ὄλβῳ
ἐπὶ τι καὶ πῆμ' ἄγειν
παλιντρέπελον ἄλλω χρόνῳ,

Scripsi ἄγειν, ut narratum hoc sit, ἐπῆγε καὶ πῆμά τι, cui bene subiungi possint seqq. ἐξ οὐπερ ἔκτεινε καὶ τέλεσεν. Ita Parca, quae moderatur felicitatem hanc gentis (πατρῶϊαν, maiorum) attulit una cum secunda vicissim alio tempore etiam aduersam fortunam. πάλιν mutauit in epitheton παλιντρέπελον. ἄτε, ἥτε, pro ἥτις, cum Mingarello accipio.

78. νέοις ἐν ἀέθλοις non accipiam nisi de certaminibus iuuenum, nam ὀρρον. μάχαι πολέμου. Locus omnino Epigonos respicit: in quorum laudibus etiam ἀγῶνες, ut in laudibus τῶν ἑπτά fuere. Mingarel- lus νέος pro iuuenilis illustrat ex Eurip. Med. 48. νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

93 sqq. Obscurus locus, si de singulis sententiis earumque nexu quaeras. Priora:

τὸ δὲ τυχεῖν,
πειρώμενον ἀγωνίας,
παραλύει δυσφρόνων*

sententiam habent, quam aliquoties repetit: summa voluptate frui victorem in certaminibus, ut iam Ol. I, 157. 8. 9. et vniuerse Ol. V, 34 sq. παραλύεσθαι τῶν δυσφρόνων, a sollicitudine et aerumna liberari, pro, frui gaudio: ut solet poeta a contrariis rem designare; tum τὰ δύσφρονα, τὸ δύσφρον, pro δυσφροσύνη. Victoria est ἀμνησὰ πόνων. Ol. VIII, 9. τυχεῖν. v. ad Nem. IV, 148. Haec omnia expedita sunt. At quae sequuntur:
ὁ μὰν